« Les Archevêques et les Evêques sont autorisés à emprunter l'entremise des Curés de canton pour la distribution aux Desservans et Succursalistes des Lettres pastorales, Mandemens et Circulaires imprimés. Ces Lettres pastorales, Mandemens et Circulaires dûment contre-signés par le Curé de canton, seront admis à circuler en franchise, sous bandes, dans le canton du contre-signataire, et ce à l'exclusion de toute lettre ou autre pièce manuscrite. »

Pour se conformer aux prescriptions de l'administra-

tion des postes, MM. les Curés et Recteurs sont priés de n'indiquer jamais, même en l'absence de l'Evêque, le nom d'aucun Vicaire-Général sur les lettres qu'ils adressent à l'Evêché; ils pourront porter sur les bandes un numéro qui répondra au nom de chacun de ces messieurs, dans l'ordre suivant :

A Monseigneur SAUVEUR	n. 1.
A M. l'Abbé JÉGOU	n. 2.
A M. l'Abbé GOUJON	n. 3.
A M. l'Abbé KERVOAL	n. 4.
Au Secrétariat	n. 5.
A M. l'Econome du Séminaire	n. 6.

Les lettres destinées à Monseigneur lui-même, ne porteront aucun numéro.

§ 5. Objet de l'Examen des jeunes Vicaires.

ÉCRITURE SAINTE. — Explication de l'Épître aux Ephésiens.

DOGME. — De Deo creatore Angelorum et hominis.

MORALE. — De præceptis Ecclesiæ.

HISTOIRE ECCLÉSIASTIQUE. — Histoire du Manichéisme.

§ 6. Adoration perpétuelle.

Nous autorisons MM. les Curés, Recteurs et Aumôniers à donner la bénédiction du St.-Sacrement, tous les soirs, pendant la retraite qu'ils jugeront à propos de procurer à leurs Paroisses ou Communautés, pour les préparer à l'Adoration. La bénédiction se donnera le jour de l'ouverture avec l'Ostensoir et les jours suivants jusqu'à l'Adoration, avec le Saint-Ciboire.

Cette année, le temps pascal empêchera l'Adoration d'avoir lieu aux époques fixées par le tableau de la deuxième section, pour les paroisses de Saint-Urbain,

Plouzané, Combrit, Guilligomarc'h, Lampaul-Plou-dalmézeau, Plouvorn, Plozévet, Clohars-Carnoët, Carantec et Gouesnou.

Depuis le 1^{er} Avril jusqu'au 14 Mai inclusivement, l'Adoration aura lieu conformément au tableau suivant, dans les Communautés qui y sont désignées :

AVRIL. Vendredi. 1	} Refuge de Morlaix.
Samedi. 2	
Dimanche. 3	
Lundi. 4	} Refuge de Brest.
Mardi. 5	
Mercredi. 6	
Judi. 7	} Providence de Saint-Pol-de-Léon.
Vendredi. 8	
Samedi. 9	
Dimanche. 10	} Maison de l'Adoration perpétuelle de Coat-ar-Guéven.
Lundi. 11	
Mardi. 12	
Mercredi. 13	} Carmélites de Morlaix.
Judi. 14	
Vendredi. 15	
Samedi. 16	} Maison de Saint-Joseph à Saint Pol-de-Léon.
Dimanche. 17	
Lundi. 18	
Mardi. 19	} Nulle exposition.
Mercredi. 20	
Judi. 21	
Vendredi. 22	} Sacré-Cœur de Quimper.
Samedi. 23	
Dimanche. 24	
Lundi. 25	}
Mardi. 26	
Mercredi. 27	
Judi. 28	}
Vendredi. 29	
Samedi. 30	
Mai. Dimanche. 1	

Lundi. . .	2	} Maison des Petites-Sœurs des
Mardi. . .	3	
Mercredi. .	4	
Jeudi. . .	5	} Hôpital de Quimperlé.
Vendredi. .	6	
Samedi. . .	7	
Dimanche. .	8	} Hôpital de Merlaix.
Lundi. . .	9	
Mardi. . .	10	
Mercredi. .	11	} Hôpital de Quimper.
Jeudi. . .	12	
Vendredi. .	13	} Hôpital de Saint-Pol-de-Léon.
Samedi. . .	14	

§ 7. Œuvre de la Propagation de la Foi.

Déjà connue dans plusieurs Paroisses, notre désir est de la voir chaque jour plus goûtée, plus répandue, plus féconde.

C'est dans cette vue que nous avons encouragé la traduction et l'impression, *en langue bretonne*, des précieuses *Annales* qui apprennent à ses pieux souscripteurs les travaux des Missionnaires, les succès de la prédication évangélique dans les contrées infidèles, les progrès de notre Religion sainte dans toutes les parties de l'univers : consolant la Foi et ranimant la générosité par ces magnifiques résultats d'une légère aumône.

Recommandez donc, chers et vénérés Collaborateurs, propagez avec zèle cette œuvre inspirée d'en haut, évidemment bénie du Ciel. Pour lui gagner des admirateurs et des soutiens, répandez ses *Annales françaises et bretonnes*.

Nous vous prévenons que, prenant en considération votre désir plusieurs fois manifesté, nous avons décidé que les *Annales bretonnes* seront désormais écrites dans l'orthographe de la Vie des Saints.

Nous avons la confiance que les habitants de nos campagnes voudront s'associer à l'œuvre si méritoire de la *Propagation de la Foi*, quand elle leur sera bien connue.

Nous comptons sur le concours empressé de nos bien-aimés Coopérateurs.

On sait que pour en faire partie et pour avoir droit aux indulgences que les Souverains Pontifes lui ont accordées, il suffit, 1^o de réciter tous les jours, pour le succès des Missions étrangères, un *Pater* et un *Ave*, avec cette invocation : *S. François Xavier, priez pour nous* ; (et on peut appliquer à cette intention le *Pater* et l'*Ave* de la prière du matin ou du soir ;) 2^o de donner, pour les besoins de ces Missions, un sou chaque semaine, ou 2 fr. 60 c. à la fin de l'année.

Les associés qui ne recevraient pas régulièrement les numéros des *Annales*, sont priés d'en donner avis au Secrétariat de l'Evêché, et d'indiquer, s'il y a lieu, les voies de transport les plus faciles et les plus sûres.

§ 8. Œuvre de la Sainte Enfance.

Nous approuvons pour notre diocèse l'œuvre de la *Sainte Enfance*, ou *Association des enfants chrétiens pour le rachat des enfants infidèles en Chine et dans les autres pays idolâtres*.

Cette œuvre ne doit être que le complément de l'œuvre de la Propagation de la Foi. Etablie avec prudence, conduite avec zèle, elle multipliera dans les mains de nos intrépides missionnaires les moyens de sauver les âmes et préparera, pour l'œuvre plus étendue et plus importante encore de la Propagation de la Foi, des adhérents pieux et des soutiens fidèles.

Grégoire xvi et Pie ix l'ont approuvée et enrichie de précieuses indulgences. Un conseil diocésain, sous la direction de M. l'abbé LE GUEN-KERNÉIZON, dirige

l'œuvre et fait parvenir au Conseil central les aumônes recueillies dans les paroisses.

Les souscriptions à l'œuvre de la Propagation de la Foi continueront à être versées au secrétariat de notre Evêché.

Indulgences accordées aux associés de l'œuvre de la Sainte Enfance.

Par un rescrit de Sa Sainteté Pie IX, à la date du 10 janvier 1847, à tous les associés de l'œuvre de la Sainte Enfance, de quelque diocèse qu'ils soient, *une indulgence plénière*, 1^{re} en faveur des associés vivants, à Pâques et le jeudi dans l'octave de l'Epiphanie (ou le jour même de l'octave, si elle arrive un jeudi); 2^o pareillement indulgence plénière applicable aux défunts, à gagner le jeudi de la deuxième semaine après Pâques, ou à tel autre jour de cette octave ou de cette semaine qui sera désigné par l'Evêque du lieu, pourvu que, ayant observé tout ce qui est prescrit d'ailleurs, ils assistent ce jour-là au saint sacrifice de la messe et prient dévotement pour tous les associés soit vivants, soit défunts.

Nous laissons la fixation de ce dernier jour à la prudence des pasteurs.

§ 9. Prières publiques pour Sa Majesté l'Empereur.

(Décret du S. P. du 10 Septembre 1857).

I. In Missæ Canone nomen Imperatoris adjiciatur, hac adhibita formula *et pro Imperatore nostro N. quæ dicenda erit post mentionem factam Romani Pontificis et Episcopi diœcesani.*

II. In Missis solemnibus per annum, expleta antiphona quæ dicitur *Communio*, cantabitur versiculus *Domine, saluum fac Imperatorem nostrum N...* et exaudi

nos in die qua invocaverimus te. Recitatis deinde orationibus Postcommuniois, illarum postremæ addetur sub unica conclusione, sequens collecta :

Quæsumus, Omnipotens Deus, ut famulus tuus Imperator noster N. qui tua miseratione suscepit Regni gubernacula, virtutum etiam omnium suscipiat incrementa, quibus decenter ornatus vitiorum monstra devitare, hostes superare, et ad Te qui vivis, veritas, et vita es, gratosus valeat pervenire. Per Dominum, etc.

III. In Missa Præsanctificationum, feria VI in Parasceve, inter orationem pro cunctis Ecclesiæ ordinibus, et aliam pro catechumenis, hæc pro Imperatore dicatur :

Oremus et pro gloriosissimo Imperatore nostro N. ut Deus, et Dominus noster det illi sedium suarum assistricem sapientium, qua populum sibi commissum gubernet in omni justitia et sanctitate ad divinam gloriam, et nostram perpetuam pacem.

Oremus. Flectamus genua. R. Levate.

Omnipotens sempiterne Deus qui regnis omnibus æternæ potestate dominaris, respice ad Francorum benignus Imperium, ut et Imperator juste imperando, et populus fideliter obediendo ad gloriam tui nominis, et regni tranquillitatem unanimi pietate conspirent.

Per Dominum, etc.

IV. Præconium Paschale, Sabbato sancto, hac ratione concludatur :

Precamur ergo te, Domine, ut nos famulos tuos, omnemque Clerum, et decotissimum populum una cum Beatissimo Pupa nostro N. et Antistite nostro N. necnon gloriosissimo Imperatore nostro N. quiete temporum concessa, in his Paschalibus gaudiis assidua protectione regere, gubernare, et conservare digneris.

Per Dominum, etc.

V. In Litanis Sanctorum, cum devenitum fuerit ad preces, inter versiculum *ut inimicos Sanctæ Ecclesiæ humiliare, etc.* et alium *ut Regibus et Principibus, etc.* addatur *Ÿ. Ut Imperatorem nostrum custodire digneris, R. Te rogamus, audi nos.* Item post psalmum *Deus, in adiutorium, etc.* dicto versiculo *Oremus pro Pontifice nostro N, R. Dominus conservet eum, etc.* illico subjungatur :

Ÿ. Oremus pro Imperatore nostro N.

R. Domine, salvum fac Imperatorem, et exaudi nos in die qua invocaverimus te. Denique absolutis precibus, immédiate post orationem pro Papa adjiciatur superius notata collecta : *Quæsumus, omnipotens Deus, ut famulus tuus Imperator noster N. etc.*

§ 10. Lettre encyclique de Notre Saint-Père le Pape PIE IX,

SUR L'APPLICATION DE LA MESSE, LES JOURS DE FÊTES
SUPPRIMÉES.

Des motifs indépendants de notre volonté nous ont amené à différer de quelques mois la publication de cette belle et touchante Encyclique que nous aurions voulu vous transmettre, *Sedulo et nullâ interpositâ morâ*, comme c'est notre devoir à l'égard de ces décisions sacrées qui seront toujours pour vous et pour nous *la voie, la vérité et la vie.*

Celle-ci a pour objet l'une des plus grandes obligations imposées à ceux qui ont charge d'âmes : elle leur prescrit d'offrir le Saint Sacrifice pour leurs paroissiens.

Le Concile de Trente avait cru devoir s'occuper de cette question : et depuis, les Souverains Pontifes n'ont cessé, en spécifiant les fêtes, de rappeler le précepte et d'en presser l'exécution, aujourd'hui, *graciously préoccupé du troupeau confié à ses soins et craignant que les Fidèles ne soient privés des plus grandes richesses spirituelles*, le Vicaire de Jésus-Christ nous adresse une Encyclique

dans laquelle se trouvent admirablement résumés le droit et la doctrine catholiques, touchant l'application de la Sainte Messe.

Le nombre des jours autrefois considérés comme fêtes de précepte ayant été successivement diminué pour les Fidèles, on en avait généralement conclu en France que les Recteurs étaient dispensés d'appliquer la messe à leur troupeau les jours de fêtes supprimées ; cependant la Sainte Congrégation du Concile, toutes les fois qu'elle avait été consultée sur cette question, l'avait résolue négativement.

Par l'Encyclique *Amantissimi*, que nous vous notifions, notre S. P. lève tous les doutes ; il déclare, statue et décrète, *declaramus statuimus atque decernimus* : que l'obligation d'appliquer la messe, subsiste pour les Curés et autres prêtres ayant charge d'âmes, telle qu'elle existait en vertu de la Constitution *Universa* du Pape Urbain VIII.

Si, en certains jours le peuple est autorisé à vaquer aux œuvres serviles et dispensé d'assister aux saints Offices, ses besoins spirituels n'en sont pas moins toujours les mêmes ; bien plus, ils s'augmentent à mesure que se développent les sollicitudes temporelles.

Voilà pourquoi l'Eglise tient plus que jamais à compenser par l'application des mérites de Jésus-Christ ce qui peut manquer à la ferveur et à la piété des Chrétiens. Il en est d'ailleurs parmi eux, qui, s'ils étaient libres de régler leur vie et de coordonner le travail au gré de leur foi, viendraient avec empressement assister au saint Sacrifice et y puiser de nouvelles forces.

Au moment où les ennemis de la vérité s'élèvent de toutes parts contre le Seigneur et son Christ, ne faut-il pas que l'Eglise emploie toutes ses ressources ? L'application du sang de Jésus-Christ aux peuples, voilà le bouclier et la défense de la cité de Dieu.

Ces prescriptions vont occasionner une légère diminution dans vos revenus. Votre foi et l'élévation de vos sentiments ne vous permettront là-dessus aucun calcul ; cette perte matérielle ne sera rien pour vous en comparaison des biens spirituels qu'à ce prix, vous procurerez aux âmes dont vous avez à répondre. Laissez nous vous dire cependant, que si quelques-uns parmi vous, avaient des motifs pour trouver ce fardeau trop lourd, il leur serait permis d'adresser une supplique à la sacrée Congrégation du Concile qui prendrait en considération leurs motifs de solliciter une dispense. Nous aurions voulu présenter une demande collective, on nous a répondu qu'elle ne serait pas admise, et que chacun devait individuellement faire valoir ses raisons.

Vous entrez dans la pieuse pensée du Pasteur suprême en célébrant le saint Sacrifice, non seulement avec la plus grande pureté de cœur et d'âme, mais encore avec l'observation religieuse et éclairée des rites et des cérémonies établies pour exciter la foi des peuples ; *debitoque sacramentorum caeremoniarum ac rituum apparatu.*

Vous vous souviendrez que les Curés et autres ministres de la parole divine, doivent expliquer aux Fidèles la nécessité, l'excellence, la grandeur, la fin et les fruits de ce saint et admirable Sacrifice, avec tout le soin, toute l'application possibles ; qu'ils doivent les exciter à y assister fréquemment afin d'attirer sur eux la miséricorde divine.

Vous méditez sur votre dignité, de telle sorte que, remplis de l'éclat des vertus et de la doctrine, vous vous portiez de toutes vos forces vers le culte de Dieu, vers les choses divines et vers le salut des âmes.

Comme plusieurs d'entre vous ne pourraient peut-être que difficilement se procurer la Constitution *Universa* du Pape Urbain VIII, nous croyons utile de vous donner la liste des jours de fête qu'elle désigne, en y ajoutant l'Immaculée Conception prescrite par Clément XI.

Tous les Dimanches de l'année, la Nativité de Notre-Seigneur Jésus-Christ, la Circoncision, l'Epiphanie, la Résurrection avec les deux fêtes qui suivent, l'Ascension, la Pentecôte avec les deux fêtes qui suivent, la très-sainte Trinité, la Fête du Saint-Sacrement, l'Invention de la Sainte-Croix, les Fêtes de la Purification, de l'Annonciation, de l'Assomption et de la Nativité de la Sainte-Vierge, la Fête de saint Michel, la Nativité de Jean-Baptiste, les Fêtes des Apôtres Pierre et Paul, de saint André, de saint Jacques, de saint Jean, de saint Thomas, des saints Philippe et Jacques, de saint Barthélemy, de saint Mathieu, des saints Simon et Jude et de saint Mathias, apôtres ; de saint Etienne, premier martyr, des Saints Innocents, de saint Laurent, martyr, de saint Sylvestre, pape, de saint Joseph, de sainte Anne, la Solennité de tous les Saints, la Fête du principal Patron du diocèse, et celle du principal Patron de chaque paroisse. — La Fête de l'Immaculée Conception.

Venerabilibus Fratribus Patriarchis, primatibus, Archiepiscopis Episcopis, aliisque locorum ordinariis gratiam et communionem cum apostolica sede habentibus.

PIVS PAPA IX.

VENERABILES FRATRES, SALUTEM ET APOSTOLICAM
BENEDICTIONEM.

Amantissimi Redemptoris Nostri Christi Iesu Unigeniti Filii Dei tanta fuit erga homines benignitas et caritas, ut, veluti optime notis, Venerabiles Fratres, humana indutus natura non solum saevissimos pro nostra salute cruciatus, atrocissimamque crucis mortem perpeti, verum etiam in augustissimo sui corporis, sanguinisque sacramento nobiscum semper morari, ac nos peramanter pascere et nutrire voluerit, quo ipse in caelum rediens ad dexteram Patris nos et sui numinis praesentia, et tu-

tissimo spiritualis vitae praesidio communiret. Neque contentus nos tam insigni, ac plane divina dilexisse caritate, beneficiis cumulans, suique in nos amoris divitias profundens effecit, ut probe intelligeremus, quod cum dilexisset suos in finem dilexit eos. Namque se aeternum Sacerdotem esse declarans secundum ordinem Melchisedech, suum in Catholica Ecclesia Sacerdotium perpetuo instituit, et illud idem Sacrificium, quod ipse ad universum humanum genus a peccati iugo, ac daemonis captivitate vindicandum et redimendum in ara crucis, pretiosissimo suo sanguine effuso, semel peregit, pacificans sive quae in caelis sunt, sive quae in terra, usque ad consummationem saeculi permanere decrevit, et quotidie fieri, ac renovari iussit per Sacerdotum ministerium, sola offerendi ratione diversa, ut salutare uberrimique suae passionis fructus in homines semper redundarent. Siquidem in incruento Missae sacrificio, quod conspicuo Sacerdotum ministerio peragitur, illa ipsa vivifica litatur victima, quae Deo Patri nos reconciliavit, quaeque omnem merendi, placandi, impetrandi ac satisfaciendi vim habens « illam nobis mortem Unigeniti per mysterium reparat, qui licet resurgens a mortuis iam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur, tamen in semetipso immortaliter atque incorruptibiliter vivens pro nobis iterum in hoc mysterio sacrae oblationis immolatur » (1). Atque haec est munda illa oblatio, quam nulla offerentium indignitas ac malitia inquinare unquam potest, et quam Dominus per Malachiam nomini suo, quod magnum futurum esset in gentibus, a solis ortu usque ad occasum in omni loco mundam offerendam esse praedixit (2). Quae quidem oblatio ineffabili prorsus fructuum ubertate redundans praesentem aequae ac futuram vitam complectitur. Ea enim oblatione placatus Deus gratiam, donumque poenitentiae concedens, crimina et peccata etiam ingentia dimittit, ac licet peccatis nostris graviter offensus ab ira ad misericordiam, a iustae animadversio-

(1) S. Gregor. M. Dialog. lib. 4. cap. 58.

(2) Malach. cap. 1.

nis severitate ad clementiam traducitur; ea temporalium poenarum reatus et obligatio dissolvitur; ea defunctorum in Christo animae nondum ad plenum purgatae sublevantur; ea obtinentur quoque temporaria bona, si tamen posterioribus non officiant; ea Sanctis, et in primis Immaculae Sanctissimaeque Dei Genitrici Virgini Mariae eximius quidam honor, cultusque conciliatur. Quocirca ex Apostolorum traditione divinum Missae sacrificium offerimus « pro communi Ecclesiarum pace, pro recta mundi compositione, pro imperatoribus, militibus, sociis, pro iis, qui infirmitatibus laborant, qui afflictionibus premuntur, et universim pro omnibus, qui opis indigent, et pro defunctis in purgatorio degentibus, maximum hoc credentes adiumentum illis animabus fore, pro quibus oratio defertur, dum sancta et perquam tremenda coram iacet victima (1).

Cum igitur nihil sit maius, nihil salutarius, nihil sanctius, nihil divinius incruento Missae sacrificio, quo idem corpus, idem sanguis, idem Deus et Dominus Noster Iesus Christus Deo pro omnium salute in altari per Sacerdotes offertur, et immolatur, iccirco Sancta mater Ecclesia tanto divini sui Sponsi ditata thesauro nunquam destitit omnem curam, operam, diligentiamque in id conferre, ut tam tremendum mysterium a Sacerdotibus, quanta maxima fieri posset, interiore cordis munditia ac puritate perageretur, debitoque sacrarum caeremoniarum, ac rituum apparatu, cultuque celebraretur, ut ipsius mysterii magnitudo et maiestas vel externa quoque specie magis eluceat, et fideles ad rerum divinarum, quae in tam admirabili ac venerando Sacrificio occultae continentur, contemplationem excitentur. Ac pari sollicitudine, studioque ipsa pietissima Mater nunquam cessavit suos fideles filios commonere, hortari, et inflammare, ut ea, qua oportet, pietate, veneratione ac devotione ad hoc divinum Sacrificium frequentissime convenirent, praecipiens, ut eidem omnibus de praecepto festis diebus ipsi interesse omnino deberent, animis ad illud, oculisque re-

(1) S. Cyril. Hierosol. Cateches. 23 Mystag. 5 de sacra Liturg.

ligiosissime intenti, quo divinam exinde misericordiam, omniumque honorum copiam sibi felicissime comparare possent.

Iam vero cum omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituatur in iis, quae sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis, tum pro egregia vestra sapientia apprime cognoscitis, Venerabiles Fratres, sacrosanctum Missae sacrificium ab animarum pastoribus esse applicandum pro populo eorum curae commisso, et huiusmodi obligationem ex Divino praecepto descendere iuxta Concilii Tridentini doctrinam, cum idem Concilium disertissimis, gravissimisque verbis edoceat « *praecepto divino mandatum esse omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre* » (1). Notissimae quoque Vobis sunt felices recordationis Benedicti XIV Decessoris Nostri Litterae die 19 Augusti anni 1744 datae, quibus de hac obligatione copiose, sapienterque loquens, ac Tridentinorum Patrum mentem uberius explicans et confirmans, ad omnes controversias, quaestiones dubitationesque amovendas, clare aperteque declaravit et constituit, parochos, aliosque omnes animarum curam actu habentes debere Missae sacrificium pro populo sibi concredito peragere omnibus Dominicis aliisque de praecepto festis diebus, et illis etiam, quibus ipse in nonnullis Dioecesium dierum de praecepto festorum numerum imminuens permiserat populis in servilia opera incumbere, sed caverat tamen, ut ipsi populi obligationi de Sacro audiendo satisfacere deberent (2). Non mediocri certe iucunditate perfundimur, Venerabiles Fratres, cum ex relationibus, quas de vestrarum Dioecesium statu cum summa vestri nominis laude, ac pari animi Nostri gaudio ad Nos, et hanc Apostolicam Sedem veluti officii vestri ratio postulat, mittendas curatis, agnoscamus, animarum curatores huiusmodi sui muneris obligationem diligenter

(1) Concil. Trid. Sess. 23. cap. 1. De Reformat.

(2) Bened. XIV. Litt. Encycl. « Cum semper oblatas » Die 19 Augusti 1744.

implere Dominicis et aliis, qui adhuc ex praecepto servantur, diebus, quibus Missae sacrificium pro populo sibi tradito celebrare haud omitunt. Sed minime ignoramus, pluribus in locis id a parochis iamdiu praetermitti solere aliis illis diebus, qui antea veluti festi de praecepto erant colendi iuxta Constitutionem felicitis memoriae Urbani VIII Decessoris pariter Nostri (1), et quibus haec Apostolica Sedes annuens variis Sacrorum Antistitum postulationibus, ac prae oculis habens causas, rationesque ab ipsis expositas, dum imminuit festos de praecepto dies, non solum permisit, ut populi servilibus operibus vacare possent, verum etiam indulsit, ut ipsi ab obligatione audiendi Sacrum essent exempti. Ubi enim haec benigna Sanctae Sedis Indulta in lucem prodierunt, statim plurium regionum parochi existimantes, se hisce diebus ita reductis solutos esse ab obligatione peragendi Sacrum pro populo, obligationem ipsam implere plane neglexerunt. Hinc porro invaluit consuetudo, ut earumdem regionum Parochi commemoratis diebus sacrosanctum Missae sacrificium pro populo applicare cessaverint, nec defuere qui eiusmodi consuetudinem tueri ac defendere non dubitarunt.

Nos igitur de spirituali universi Dominici gregis Nobis divinitus commissi bono vel maxime solliciti, ac non parum dolentes, ex huiusmodi praetermissione fideles illorum locorum populos maximis spiritalibus fructibus privari, tanti momenti negotio occurrere statuimus, cum praesertim noscamus, hanc Apostolicam Sedem docuisse, parochos diebus festis etiam reductis debere Sacrum pro populo celebrare. Et sane quamvis Romani Pontifices Decessores Nostri enixis Sacrorum Antistitum petitionibus, ac variis pluribusque fidelium populorum indigentis, et gravibus rerum temporum ac locorum rationibus permoti festos de praecepto dies imminuendos censuerint, ac simul benigne concesserint, ut populi hisce diebus servilia opera libere exercerent, quin Sacrum audire deberent, tamen iidem Praedecessores Nostri in hisce In-

(1) Urban. VIII Constit. « Universa per orbem » Idib. Septemb. 1642.

dultis tribuendis integram inviolatamque legem esse voluerunt, ut scilicet praedictis diebus nihil in Ecclesiis unquam innovaretur quoad consuetum divinorum officiorum ordinem et ritum, utque omnia eo prorsus modo peragerentur quo antea peragi solebant, cum enunciata Urbani VIII Constitutio plene vigeret, qua festi de praecepto dies servandi fuerant praescripti. Ex quo parochi vel facile intelligere poterant, se illis diebus minime expectos esse ab obligatione applicandi pro populo Missam, quae potissima ritus pars est, animo praesertim reputantes Pontificia Rescripta eo plane, quem prae se ferunt, sensu esse omnino accipienda, et illa strictissimae esse interpretationis. Accedit etiam, ut haec Sancta Sedes in plurimis peculiaribus casibus de huiusmodi parochorum onere consultata haud omiserit per suas praesertim Congregationes sive Concilii, sive Fidei propagandae, sive Sacrorum Rituum, sive etiam per Sacram Poenitentiarum saepissime respondere et edicere, parochos eidem oneri esse obnoxios applicandi pro populo Missam illis etiam diebus, qui de festorum ex praecepto dierum numero fuerant sublati.

Itaque rebus omnibus maturo examine perpensis, atque in consilium adhibitis nonnullis Venerabilibus Fratribus Nostri S. R. E. Cardinalibus Nostrae Congregationis Tridentinis Decretis tuendis, interpretandisque praepositae, hanc Vobis, Venerabiles Fratres, Encyclicam Epistolam scribendam esse censuimus, ut certam et constantem normam legemque constituamus ab omnibus parochis sedulo, diligenterque observandam. Quamobrem hisce Litteris declaramus, statuimus atque decernimus, parochos, aliosque omnes animarum curam actu gerentes sacrosanctum Missae sacrificium pro populo sibi commissio celebrare, et applicare debere tum omnibus Dominicis, aliisque diebus, qui ex praecepto adhuc servantur, tum illis etiam, qui ex huius Apostolicae Sedis indulgentia ex dierum de praecepto festorum numero sublati, ac translati sunt, quemadmodum ipsi animarum curatores debebant, dum memorata Urbani VIII Constitutio in

pleno suo robore vigeat, antequam festivi de praecepto dies imminuerentur, et transferrentur. Quod vero attinet ad festos translatos dies id unum excipimus, ut scilicet quando una cum solemnitate divinum officium translatum fuerit in Dominicum diem, una tantum Missa pro populo sit a parochis applicanda, quandoquidem Missa, quae praecipua divini officii pars est, una simul cum ipso officio translata existimari debet.

Nunc vero paterni animi Nostri caritate illorum parochorum tranquillitati prospicere volentes, qui ob assertam consuetudinem memoratis diebus Missam pro populo applicare omiserunt, eosdem parochos ab omnibus quibusque praeteritis omissionibus Auctoritate Nostra Apostolica plenissime absolvimus. Et quoniam non desunt animarum curatores, qui peculiare aliquod reductionis, uti dicunt. Indultum ab hac Apostolica Sede obtinere, concedimus, ut ipsi huiusce Indulti beneficio perfrui pergant iuxta tamen conditiones in Indulto expressas, et donec parochorum officium exercuerint in paroeciis, quas in praesentiarum regunt et administrant.

Dum autem haec statuimus, et indulgemus, in eam profecto spem erigimur fore, Venerabiles Fratres, ut parochi maiore usque animarum studio et amore incensi huic obligationi applicandi Missam pro populo diligentissime ac religiosissime satisfacere glorientur serio considerantes uberrimam caelestium praesertim munerum, ac honorum copiam, quae ex hac incruenti, divinique Sacrificii applicatione in christianam plebem eorum curae commissam abunde redundat. Cum vero Nos minime lateat, peculiare casus contingere posse, in quibus pro re ac tempore aliqua huius obligationis remissio parochis sit tribuenda, sciatis velimus, ab omnibus Nostram Concilii Congregationem unice esse adeundam ad huiusmodi obtinenda indulta, illis dumtaxat exceptis, qui a Nostra Congregatione fidei propagandae praeposita pendent, cum opportunas utrique Congregationi contulerimus facultates.

Nihil plane dubitamus, Venerabiles Fratres, quin pro eximia vestra episcopali sollicitudine omnibus et singulisstrarum Dioecesium parochis, nulla interposita mora, sedulo manifestare velitis quae in hisce Nostri Litteris de eorum obligatione applicandi pro populo sibi commissio sacrosanctum Missae sacrificium suprema Nostra auctoritate confirmamus, ac denuo constituimus, volumus, praecipimus, et mandamus. Ac persuasissimum quoque Nobis est, Vos maximam adhibituos esse vigilantiam, ut animarum curatores hanc etiam sui muneris partem diligenter impleant, ac studiose observent quae a Nobis in hisce Litteris statuta atque sancita sunt. Optamus autem ut harum Litterarum exemplar in Tabulario episcopalis cuiusque vestrum Curiae perpetuo asservetur.

Cum autem, Venerabiles Fratres, probe noscatis, sacrosancto Missae sacrificio magnam fidelis populi contineri eruditionem, ne intermittatis unquam parochos praesertim, aliosque divini verbi praecones, et eos quibus demandatum est munus erudiendi christianum populum, monere, hortari, ut fidelibus populis tam sancti tamque admirabilis Sacrificii necessitatem, praetantiam, magnitudinem, finem, fructus studiosissime et accuratissime exponant explicent, ac simul fideles ipsos excitent, inflamment, quo eidem Sacrificio ea qua par est fide, religione ac pietate frequentissime intersint, ut divinum misericordiam, et omne, quo indigent, beneficiorum genus sibi comparare queant. Neque desinatis, omnem operam et industriam impendere, utstrarum Dioecesium Sacerdotes ea morum integritate, gravitate, eaque totius vitae innocentia, sanctitate emineant, quae illos omnino decet, quibus unis datum est divinam consecrare Hostiam, ac tam sanctum, tamque tremendum perficere Sacrificium. Quocirca omnes sanctissimo Sacerdotio initiatos etiam atque etiam monete, urgete, ut serio meditantes ministerium quod acceperunt in Domino, illud impleant, et continenter memores dignitatis, ac caelestis potestatis qua praediti sunt, virtutum omnium splendore, ac salutaris doctrinae laude refulgeant, summaque animi

contentione in divinum cultum, divinasque res et animarum salutem incumbant, ac seipsos hostiam vivam et sanctam Domino exhibentes, et mortificationem Iesu in suo corpore semper circumferentes puris manibus, et mundo corde placationis Hostiam rite offerant Deo pro sua ac totius mundi salute.

Denique nihil Nobis gratius, Venerabiles Fratres, quam hac etiam uti occasione, ut iterum testemur, et confirmemus praecipuam, qua Vos omnes in Domino prosequimur, benevolentiam, ac simul Vobis addamus animos, ut maiore usque alacritate pergatis omnes gravissimi pastoralis vestri muneris partes strenne ac sedulo obire, et intentissimo studio dilectarum ovium saluti incolumitateque consulere.

Pro certo habete, Nos paratissimos esse ad ea omnia libentissime agenda, quae ad maiorem Vestram ac Dioecesiumstrarum utilitatem procurandam conducere posse noverimus. Interim vero caelestium omnium munerum auspice, ac studiosissimae Nostrae in Vos voluntatis testem accipite Apostolicam Benedictionem, quam intimo cordis affectu Vobis ipsis, Venerabiles Fratres, cunctisque Clericis, Laicisque fidelibus cuiusque vestrum vigilantiae commissis amantissime impartimur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die III Maii Anno MDCCCLVIII Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

§ 11. Décret de N. S. P. le Pape, concernant l'indulgence plénière des prières dites des XL Heures, en faveur des fideles du diocèse qui habitent la campagne.

PIUS PP. IX.

Universis Christifidelibus praesentes litteras inspecturis salutem et apostolicam Benedictionem. Expositum Nobis nuper fuit nomine Venerabilis fratris Josephi Mariae Graveran, Episcopi corisopitensis in parocciis rusticis dioecesis suae pium usum invaluisse SSimum Eucharistiae sacramentum per XL horas, scilicet dominicam

Quinquagesimae ac duobus subsequentibus diebus exponendi. Ut porro in hanc pietatem Christifideles magis et magis incenduntur, idem exponens à nobis petit ut quovis ex praedictis diebus plenaria ibidem Indulgentia lucrari possit. Nos itaque piis votis hujusmodi obsecundare volentes, de omnipotentis Dei misericordia ac B. B. Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus verè poenitentibus et confessis ac S. Communione refectis, qui Expositioni SSmi Eucharistiae Sacramenti in parocciis rusticis Dioecesis Corisopitensis, ut supra, faciendae per aliquod temporis spatium devotè interfuerint, et ibi pro christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione ac sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praesentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem ut si pro impetratione, admissione seu publicatione praesentium aliquid vel minimum detur aut sponte oblatum recipiatur, praesentes nullae sint. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die IV Maii MDCCCLII, Pontificatus nostri anno sexto.

† Locns
sigilli.

Pro Domino Cardinali LAMBRUSCHINI.
J. BRANCALONI CASTELLANI Substitutus.

§ 12.

Désirant seconder la piété des Sœurs tertiaires et leur enlever toute difficulté dans la fréquentation des sacrements, nous les autorisons à se confesser à tout prêtre approuvé.

— En vertu d'un décret de la Sacrée Pénitencerie, en date du 10 Juin 1853, les billets pour la Confirmation ne seront pas délivrés par le Confesseur au tribunal de

la pénitence, mais ostensiblement à la sacristie par le Curé ou Recteur de la paroisse ou un autre Prêtre commis à cet effet.

— Nous avons obtenu pour deux ans, à partir du 23 novembre 1857, le renouvellement de l'indult qui permet que la Concession de Clément XIII en faveur des personnes qui se confessent habituellement chaque semaine, soit étendue aux fidèles de notre Diocèse qui sont dans l'usage de se confesser tous les quinze jours.

— MM. les Curés et Recteurs, pour se conformer aux prescriptions du Rituel Romain et aux décisions de la Congrégation des Rites, s'efforceront d'avoir toujours des pains d'autel de confection récente. Ils n'oublieront pas que le ciboire renfermant les saintes espèces doit être couvert d'un voile blanc.

— L'envoi des budgets et comptes des fabriques devra se faire, autant que possible, immédiatement après la séance de Quasimodo.

— MM. les Curés et Recteurs qui quittent leurs paroisses ou qui y entrent pour la première fois, inviteront les fabriques à faire un inventaire des objets appartenant à l'Eglise ou au Presbytère. Cette mesure est prescrite par les lois, et très-nécessaire pour prévenir les difficultés qui s'élèvent quelquefois aux décès et changement des titulaires. Le double de cet inventaire devra être envoyé à l'Evêché.

Ils doivent aussi, lors de leur prise de possession, faire dresser un état de situation du presbytère et des ses dépendances, conformément à l'article 44 du décret du 30 décembre 1809. Cet état doit être dressé aux frais de la commune.

— MM. les Recteurs qui ont atteint l'âge de 50 ans auront soin d'adresser à l'Evêché leur acte de naissance écrit sur papier timbré.

— MM. les Curés et Recteurs conserveront soigneusement les mandements, circulaires et autres actes émanant de l'Evêché. En changeant de paroisse, ils se garderont bien d'emporter cette collection, qui est la propriété de la fabrique.

Quimper, le 9 Décembre 1858.



† RENE,
Evêque de Quimper et de Léon.

Die 15 Febr.

IN FESTO S. TITI, P.

Duplex.

In I Noct. Lect. de Script. occ.

IN II NOCTURNO.

Lectio IV.

Titum Cretensium Episcopum, vix Pauli Apostoli verbo christianæ fidei sacramentis mysteriisque excultum, ea sanctitatis luce Ecclesiæ tunc vagienti effulsisse compertum est, ut inter ejusdem Doctoris gentium discipulos iueruerit cooptari. Adscitus in partem oneris prædicationis, adeo evangelizandi ardore et fidelitate Paulo extitit carus, ut ipse cum venisset Troadem propter Evangelium Christi, testatus sit non habuisse requiem spiritui suo, eo quod Titum fratrem suum ibi non invenerit. Et paulo post Macedoniam petens, rursus suam in eum charitatem ita exprimit : sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in adventu Titi.

Rf. Inveni David.

Lectio V.

Quamobrem Corinthum ab Apostolo missus, ea sapientia et lenitate legationis hujus munere functus est, quæ præsertim de Fidelium pietate eleemosynas colligendas ad sublevandam Ecclesiæ Hebræorum inopiam spectabat, ut Corinthios non solum in Christi fide continuerit, sed etiam desiderium, fletum, æmulationem inter eos pro Paulo qui illos primus instituit, excitaverit. Ad effundendum interim inter gentes linguis locisque distinctas divini verbi semen, pluribus terra marique itineribus relectis, magnaue animi firmitate pro Crucis tro-

phæo curis laboribusque exantlatis, una cum duce Paulo Cretæ insulam appulit. Cum porro huic Ecclesiæ Episcopus ab ipso Apostolo delectus esset, dubitandum non est quin in eo munere ita versatus sit ut, juxta ipsius Pauli præceptoris monita, se ipsum præbuerit exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in gravitate.

R[.]. Posui adjutorium.

Lectio VI.

Itaque tamquam lucerna inter eos qui in idololatriæ et mendaciorum tenebris veluti in umbra mortis sedebant, religionis jubar diffudit. Traditur eum inter Dalmatas, ut Crucis vexillum explicaret, strenue consudasse. Tandem meritum et dierum plenus, quarto supra nonagesimum anno, pridie nonas Januarii, pretiosa justorum morte obdormivit in Domino, et sepultus est in Ecclesia, ubi ab Apostolo Minister fuerat constitutus. Hujus nomen a Sancto Joanne Chrysostomo et a Sancto Hieronymo præcipue commendatum, Martyrologio Romano eadem die inscriptum legitur; verum pro ejus die festo, cum Officio et Missa in catholico Orbe recolendo ab utroque Clero, primam insequentem diem liberam Summus Pontifex Pius Nonus assignavit.

R[.]. Iste est.

In III Noct. Hom. in Evang. Designavit, de Communi Evangelistarum, cum R[.]. de Comm. Pontificum. Missa Statuit., Evang. ut in festo S. Marci, 25 Aprilis.

